UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XXXIV. De diacono sine literis in aliam parochiam transeunte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

Visual Library

dare conuenit per diſcordiam aliquam prolatum vni e duobus hoſtem ad interficiendum, homicida congruum eſt nominari, qui clericus ab omnibus rectis habetur alienus. ANNO CHRISTI 450.

XXXII.

Si quis clericorum voluerit iuuare captiuo, cum ſuo precio illi ſubueniat, nam ſi per furtum illum ∴ inuiolauerit, blaſphemantur multi clerici per vnum latronem, qui ſic fecerit excommunionis ſit.

XXXIII.

Clericus qui de Britannis ad nos venit ſine epiſtola, & ſi habitet in plebe, non licitum miniſtrare.

XXXIV.

Diaconus nobiſcum ſimiliter qui * inconſultu ſuo abbate ſine literis in aliam ∴ paruchiam aſſentiat, nec cibum miniſtrare decet, & a ſuo presbytero quem contempſit per pœnitentiam vindicetur, & monachus ∴ inconſultu abbate vagulus decet vindicari.

* *forte* inconſulto

SYNODVS ALIA S. PATRICII ANNO INCERTO.

Secundam hanc S. Patricii Synodum, ex Andegauenſi bibliotheca tranſcriptā, miſit aliquando Iac. Sirmōdus ſoc. Ieſu ad D. Iacobum Armachanum archiepiſcopum.

TITVLI CANONVM.

I. *De habitatione cum fratribus peccatoribus.*
II. *De obſeruationibus eorum.*
III. *De pœnitentia poſt ruinas.*
IV. Deſideratur.
V. *De ſuſpectis cauſis.*
VI. *De vindictis eccleſiæ.*
VII. *De baptiſmatis incertis.*
VIII. *De reis autem abſtractis ab eccleſia.*
IX. *De lapſis poſt gradum.*
X. Vel deſideratur omnino, vel in capitulorum numeratione erratum eſt.
XI. *De ſeparatione ſexuum poſt lapſum.*

XII. *De*